Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/311539

28

# THESES

# JURIDICAE INAUGURALES.

28.

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**GERARDUS JACOBUS VAN DER MEER,**

**e pago Raamsdonk.**

A. D. XXVII MENSIS FEBRUARIS ANNI MDCCCLVII, HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD J. G. BROESE.
MDCCCLVII.

Ex officina Typographica GIEBEN & DUMONT.

# THESES.

I.

Qui in rei vindicatione victor existit pro judicato usucapere nequit, nisi is a quo petitur post litem contestatam usuceperat.

II.

Si conditionis potestativae eventus in testamento scriptae, sive ante, sive post mortem testatoris, casu impeditur, minime pro impleta habetur.

III.

Non facio cum cl. MÜHLENBRUCH (*Doctr. Pand.* II, § 365) statuente in facti obligationibus quoties per debitorem non stetit quominus impleatur conditio, casum a creditore recipiendum esse.

IV.

L. 3. D. *quis ordo in poss.* conciliari potest cum l. 7 § 2 *de bonorum poss.*

V.

Probanda non est summi CUJACII sententia qui in casu l. 33 D. *de condictione indebiti* dat condictionem incerti.

VI.

Prodigus ut nuptias contrahere possit indiget patris, non curatoris consensu.

VII.

Mater quae liberorum suorum tutelam recusat tutorem testamento dare nequit.

VIII.

Colonus actionem possessoriam ex art. 619 C. C. instituere nequit.

IX.

Eum qui justo titulo munitus, rei possessionem

vi nactus est usucapere non posse, contra DIEPHUIS, IX, § 604 defendo.

X.

Heres contra suam aditionem in integrum restitutui potest si propter dolum extranei hereditatem adiit.

XI.

Etiam pro invito quis fidejussor fieri potest.

XII.

Qui desiit mercator esse carceri civili obnoxius est ob debitum mercatorium.

XIII.

Acceptans ad solvendum non tenetur si trassantis subscriptio est falsa.

XIV.

Actio vindicatoria, quae commemoratur in Cod. Merc. art. 238, § *niet te min*, ultra 30 dies datur.

XV.

In art. 512 C. M. verba: „behoudens aan laatst-

„gemelden het bewijs van het tegendeel," non sunt stricte accipienda.

XVI.

Ex art. 774 C. M. etiam jura secundum art. 315 2° C. M. inter quadraginta dies ante forocessionem irrita sunt.

XVII.

Licet tota navis locata sit ad merces transvehendas tamen naulum a vectoribus magistro solutum conductori restituendum non est.

XVIII.

Poena mortis non palam infligenda est.

XIX.

Iniqua est viri celeberrimi ROSSI sententia de divisione delictorum, quam habet Codex Gallicus, in classes secundum gravitatem poenae irrogandae.

XX.

Minus recte *idem* de casu art. 305 C. P. judicat: „La peine frappe le crime par ce qu'on estime „avoir une preuve matérielle et suffisante donnée

„par le coupable lui même d'une resolution crimi-
„nelle et serieuse."

XXI.

Qui editis libellis regem vel ejus administros ad legem fundamentalem infringendam incitant tenentur art. 3 L. I m. Junii A. 1830.

XXII.

Improbanda est sententia tribunalis Roterodamensis (13 Sept. 1854), qua reus in causa poenae carceris obnoxia inauditus damnatus est, frustra a causarum patrono absentiae excusatione allegata.

XXIII.

Officiali publico munere abutenti recte resisti potest.

XXIV.

Improbanda est L. 1 Martii 1815 quae die dominico fabulas agere vetat.

XXV.

De stelling dat krediet kapitaal vermenigvuldigt is onjuist.

## XXVI.

Verkeerd is de volgende uitspraak van BILDERDIJK (*Vaderl. Gesch.* D. VI, p. 124) over den *tienden* penning, die ALVA te Brussel deed innen, „wanneer alle neering doenden om strijd, tot bak„kers, vleeschhouders en brouwers toe, hun win„kels sloten en weigerden te verkoopen." *Men ziet hieruit, dat het onwil en wrevel was, want zij konden daar niet bij lijden, daar zij slechts voor alles een tiende meer te vorderen hadden.*

## XXVII.

Het is eene gaping in de Wet van 6 Junij 1840, Stb. n°. 17, dat geen' vrijdom van evenredig registratieregt verleend is aan koop en verkoop van de te veld staande voortbrengselen der door die Wet begunstigde gronden.